Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nam si quid horum probabiliter negatur à Reo, impetrans uero in probatione deficit, necessario cassatio Mandati subsequitur. Admittuntur etiam in hac nostra Constitutione alia Exceptiones, ueluti illa, nisi nihil arrestatum sit. Item nisi bona subditorum sita non sint in territorio supplicantis, sed in alio ubi neq; impetrantem interesse aliquod pretendere, neq; subditum iuris quicquam habere posse certum sit, Item nisi ob delictum uel crimen aliquod arrestum impositum sit. Regulariter .n. in causis criminalibus Iurisdictio Camera fundata non est par. 2. ord. tit. 28 § Item Nach dem Sed hae exceptiones non sunt uerae et propriae Exceptiones sub et obreptiones, Quia in oib. casibus habere locum non possunt, et facile p circumstantias ita attenuantur, ut eas ad principalis negocij discussionem reijcere necesse sit.

Porro quin requisita supraposita ab initio statim adfuerint et adhuc adsint ex narratis ipsius mandati, ultra ea q̃ sufficienter à Dominis q hoc decreuerunt adducta sunt, satis manifestum est. Nam oes Comites Ortenburgenses (De duce .n. nihil attinet dicere) esse status Imperij, non solum p sententiam Exemptionis et decreta Mandata comprobatur, veluti per Mandatum poenale sine cta, Item Eundt Bund Religion priedten, Quod decretum est 14. Iunij Anno 74. Mandata de relaxando sine cta 22 April. Anno eodem, Eundt Schmalk